

**concrepare, concrepuisse, concrepitum.** uerb. intr., tr. ETYM cum-, crepare. DLAT concrepatio, concrepitare. [FREQ humilis 92<sup>indicia</sup> 6,7 /d.c.m. 201 PLAUT] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, praecipue narrando argumentando, necnon dramaticis; magis prosa quam uersu; omnibus usibus, maxime pro rata parte quotidianis; inde ab initiis apparet, magis saec. III-II aec. usitatum.

| VARIATIO    |              | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|-------------|--------------|---------|----------------------------|
| OPERUM      | argumentalis | 22      | 4,4                        |
|             | dramatica    | 14      | 32                         |
|             | exponens     | 5       | 1,8                        |
|             | lyrica       | 2       | 8,7                        |
|             | narratiua    | 48      | 9,4                        |
|             | satirica     | 1       | 5,2                        |
| DIACHRONICA | III-II aec.  | 14      | 35                         |
|             | I aec.       | 11      | 4                          |
|             | I-II ec.     | 9       | 2,6                        |
|             | III-V ec.    | 58      | 8,6                        |
| DIAPHASICA  | docta        | 23      | 1,7                        |
|             | media        | 53      | 4,7                        |
|             | quotidiana   | 16      | 38                         |
| DIASTRATICA | litteraria   | 90      | 8,1                        |
|             | technica     | 2       | 0,8                        |
| MODUS       | prosa        | 71      | 5,2                        |
|             | uersu        | 21      | 1,5                        |

¶ simile uocabulo crepare fuit in punctum temporis a praeuerbio cum definitum; re uera, uocabulo crepare breuem actionem referente, a concrepare deiungere difficile est; immo, uocabulo concrepare usitatore, illius usus saepe usurpauit • apareció en usos parecidos a los crepare, pero con el contenido aspectual puntual que le proporciona el preverbio cum; en realidad, puesto que crepare indicaba ya de por sí una acción más o menos puntual, resulta difícil de distinguir de concrepare; por otro lado, este último tuvo más éxito que el primero, por lo que suplió sus usos con frecuencia

si uocabulorum in complexione syntaxim uideas, uerbi agentes uarii sunt, cum sonandi actio per rem sonantem seu per hominem eam rem plangentem efficitur; seu cum sonus ipse sonat rebus ipsis inter se collidentibus, quod per supplementum significatur; quare uerbum tr. intr. inuenies • desde una perspectiva sintáctica, los actantes con que juega este verbo son variados, pues la acción de emitir un sonido aparece expresada tanto por un objeto que resuena como por una persona que golpea tal objeto; o bien el ruido se suscita al golpear un objeto con otro, representado este último con un complemento instrumental; por ello, funciona como verbo transitivo e intransitivo

**a1** sonum edere subitum crepantem et sensus permouentem; qualem portae stridendo edunt, qui usus, plane quotidianus, apud comicos poetas tantum inuenitur; et mirum fit, ut crepare hunc usum minime usurpet usque ad Vergilium poetam • producir un sonido repentino, restallante y que impresiona los sentidos: estallar, crujir, chascar, chasquear, gemir, sonar, resonar, rechinar, crepitar, chisporrotear, producir algo ruido al rajarse o al golpearse; como el ruido de las puertas que rechinan al abrirse, que no se encuentra más que en los cómicos y que se revela como coloquial, de todos los días, resultando llamativo que el simple crepare no fuera utilizado de esta manera antes de Virgilio [TROP sonare SIM crepare<sup>a1</sup> HYP crepitare<sup>a1</sup>, increpitare<sup>a8</sup>, resonare, tinnire DOM ostium concrepat cum aperitur foris, ostium] 201 PLAUT Men 348. Tace dum parumper, nam concrepuit ostium: uideamus qui hinc egreditur. 161 TER Andr 683. sed mane; concrepuit a Glycerio ostium.  GLOSS 2.107.26. Concrepat συνεχῆ. 4.222.43. concrepant: concinnunt, resonant. 4.41.16. concrepuit: sonuit.

**a2** arma inter se collidentia saepe sonant • muchas veces son las armas las que resuenan al chocar entre sí [DOM aera, arma] 78 SISENNA Hist 64. Conglobati et conlecti concrepant armis. 60 PETR 59.3. Intrauit factio statim hastisque scuta concrepuit. 390 AMM 26.6.16. circumclausus horrendo fragore scutorum lugubre concrepantium.

**a3** cymbalorum buccinarumque sonum expressit, necnon materiam qua illi facti sunt • expresó el resonar de los tambores o las trompetas, o del material con que están fabricados tales instrumentos [DOM buccina, cymbalum, sonitus] 30-15 PROP 3.18.6. cymbala Thebano concrepuere deo. 60 PETRON 22.6. intrans cymbalistria et concrepans aera omnes excitauit. 390-406 HIER Chro II 5.12. tam Leuitae quam cantores id est et qui ... filii et fratres eorum uestiti byssinis cymbalis et psalteriis et citharis concrepabant ... cumque eis sacerdotes centum uiginti canentes tubis.

*qui usus quasi bellicum canere, i. e. minari, apparuit* • *este uso aparece como doblete de bellicum canere: amenazar o anunciar hostilidades* [TROP minari SIM  $\neg$ bellicum canere<sup>b</sup>] 390 AMM 21.8.14. Iamque lituis cladium concrepantibus internarum.

**a4** *signum digitis concrepantibus facere cum difficultatem mente soluas uel soluere contendas* • *chasquear de los dedos, tanto por haber encontrado la solución a un problema o por encontrarse enfrascado en su resolución* [TROP sonare SIM increpare<sup>a4</sup>] 205 PLAUT Mil 206. dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Ita uehementer icit: quod agat aegre suppetit. concrepuit digitis: laborat.

*immo gestum quo praestigiator manibus magicam artem affectat* • *como el gesto con que el prestidigitador lleva a cabo un número casi de magia* 44 CIC Off 3.75. si uir bonus habeat hanc uim, ut, si digitis concrepauerit, possit in locupletium testamenta nomen eius inreperare.

*seu signum factum ut seruus dominum animaduertat eique pareat* • *o como el gesto con que se llama a un criado, sirviente o persona para que atienda u obedezca* 63 CIC Agr 2.82. acres, ad uim prompti ... qui, simul ac xuii concrepauerint, armati in ciuis et expediti ad caedem esse possint. 60 PETRON 27.5. Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subiecit. 411 HIER Epist 125.18. adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans.

*in fine Antiquitatis qui gestus fastidium siue molestiam expressit* • *este gesto expresó desagrado* 395 HIER Epist 57.3. Et audet quidam ex eis adducto supercilio et concrepantibus digitis, eructare et dicere: Quid enim, si redemit, si sollicitauit? fecit quod sibi profuit.

**a5** *aetheria phaenomena, terrifica saepe, sonare* • *resonar los fenómenos atmosféricos, muchas veces terroríficos* 362-372 ZENO 2.2.3. cum grauamur rumpentibus sonis, concussis undique cardinibus, cum praeter morem terrifico fragore intonans concrepat caelum.

*ut tonitrua sonant* • *como en el caso de los truenos: tabletear* [SIM crepitare<sup>a</sup>] 378-380 AMBR Hex 42. de tonitruibus, quae ... magno concrepant sonitu.

**a6** *strepere loci ubi homines clamant, magna uoce loquuntur uel cantant* • *armar jaleo o escándalo sitios donde las personas gritan, hablan alto o cantan* [TROP strepare] 330 ARNOB 4.36.1. caeae omnes concrepant fragoribus atque plausu. 398 AUG Sermon 17.14. ubique ecclesiae concrepant Christi.

**a7** ( $\neg$ c1) *sonare uoces* • *resonar las voces* [TROP sonare] 340-397 AMBR Hymn 2.14. te uox canora concrepet.  GLOSS 5.281.1. consonant uoces.

**b1** *fracturam rimam ruinam nuntiare* • *crujir, anunciar la rotura o el derrumbamiento* [TROP sonare SIM crepare<sup>a1</sup>] 79 PLIN Nat 8.109. animal horrendi morsus ... hominis parte comprehensa non ante quam fracta concrepauerint ossa morsus resoluit. 417-418 OROS Hist 4.20.35. enormitate ponderis et concussionem gradientum concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit.

**b2** *seu cum sono congruenti dirumpere* • *o reventar produciendo el ruido correspondiente* [SIM crepare<sup>a3</sup>] 338 IUL VAL 1.11. ouum illud euolutum sinu eius humi concrepat.

**b3** *mucos sorbere* • *sorber los mocos* [TROP naturalem corporis actionem agere] 390 AMM 16.6.25. pugnaciter aleis certant turpi sono fragosis naribus introrsum reducto spiritu concrepantes.

**c1** *magna uoce dicere uel loqui* • *gritar, hablar o decir en voz alta* [TROP dicere] 330 ARNOB 33.6. si uiderint ... uiros, uociferari hos frustra, ... certare hos spiritu, buccas uento distendere uotis inmanibus concrepare.

**c2** *acclamare uel plaudere* • *aclamar* [TROP acclamare] 390 AMM 20.4.14. Augustum Iulianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad se prodire destinatus adigentes.

**c3** *aliquem lugere uel plorare* • *llorar a gritos a alguien o lamentar su pérdida* [SIM  $\neg$ fle-re<sup>b</sup>] 390-406 VULG Ier 22.18. non plangent eum uae frater et uae fratres non concrepabunt ei.  GLOSS 5.11.16. conuenire est, unde discrepare dissentire significat.

**c4** *de cantu primo quasi acclamare* • *primero, como 'aclamar' en lo relativo al canto* 340-397 AMBR Hymn 2.14. te uox canora concrepet.

*postea uero quasi canere* • *y luego plenamente como 'cantar'* [TROP canere<sup>c</sup>] 386 HIER Epist 46.12. toti monachorum chori, tota uirginum agmina concrepabant.  GLOSS 4.223.26. concrepuit: consonuit.